

28 Mist



1
2
3
4
5
6
6^a
7
8
9
10
11
12
13
14
16
17
18

B. 481.



Ca. d. Guil. Inff. M. Aug. 1806.

1. Eichhorn, J. G. Commentationes de prophetica poesi Hebraeorum paratopomena.
2. Muenter, Frdr., Fragmenta versionis antiquae Latinae Antehieronymianae prophetarum Jeremiae, Ezechielis, Danielis et Hoseae e codice rescripto bibliothecae universitatis Wirceburgensis.
3. Spicilegium observationum in Joannem evangelium e Nonni melaphrasi.
4. Baumgarten - Cruisius, Ldw. Frd. Otto, Commentatio exegetico-critica de origine et indole capitis ultimi evangelii Johannei.
5. Thiess, Joh. Otto, Commentationum de rebus literariis Helmstadiensibus part. I.; Series professorum in Julia Carolina ordinariorum qui ad hanc usque aetatem publice docuerunt.
6. Fürstenau, Carl Gfr., Ideen zu einer gemeinfasslichen u. gemeingültigen Metaphysik der Sitten.
6^a " Fortsetzung der vorherg. Abhdlg.
7. Rudmann, Ge. Wth., De prophetis novi Testamenti.
8. Bucher, Jo. Pet. De incertis quibusdam et ambiguis medio aevo imperatoris et praeforum imperii juribus.
9. Faeger, Joh. Jac. Pauca commentatur ad Clausulam Marci XVI: 16; Qui credit salvabitur, qui non credit, condemnabitur.
10. Hassencamp, Ge. Ernst, Einige pädagogische Gedanken u. Beantwortung der Frage: Ob Nepos der erste mit der Jugend zu lesende Classiker sein dürfe; Nebst einem Plan, wie Nepos müsse bearbeitet werden, u. einer Probe von erklärenden Anmerkungen.
11. Kuemmel, Joh. Chph., De argumentis, quae pro veritate religionis Christianae a vaticiniis et miraculis ducuntur, ab illis, quae internam ejus probant praestantiam haud temere separandis.
12. Schnaaz, F. H. Ac., Aftromom. Abhdlg. üb. die Sternbilder Chimia, Chsil, Massaroth u. Ghajisch, zur Erläuterung von Hiob 38, 31. 32. cf. 9, 9.
13. Wachler, Ldw., De theologia ex historia dogmatum emendanda.
14. Holzappel, Jo. Tob. Theoph., Rede zur Todtenfeier Joh. Jac. Jaeger's: u. Carl Gfr. Fürstenau's.
15. Wippermann, Jo. Ge. Libor. De judicio finium requiritorum.
16. Kahler, Jo. Engelh., De ecclesiae representantis origine ejusque constitutione in succedentibus temporibus.
17. Jaeger, Gb., Phil. Einige kritische Bemerkungen zu Xenophons Memorabilien des Socrates.

19. Crewzer Ge. Frdr., Mythorum ab antiquum operibus profectorum exemplum
proponitur. Sect. I. II
20. Rommel, Chph., Temporum nostrorum in ipsis calamitatibus spes ac fortuna.
21. Id. Observantur nonnulla de Institutione publica.
22. Wenck, Helfr. Bernh., Von dem ehemaligen Lauf des Nechbars durch die Berg-
strasse u. die Grafschaft Katzenelenbogen.
23. Id., Über die Trennung des gelehrten Unterrichts auf Schulen von dem gemein-
nützigen.
24. Heyne, C. G., Eloquium Abrah. Jhr. Kaestneri.
25. Ehrhardt, P. Chn. Frdr., Carmen gratulatorium ad Chn. Gfr. Schuetz.
26. Seume, Joh. Gfr. Arma veterum cum nostris breviter comparata.
27. Sange, Lobegott, De gravissimis fidei nostrae capitibus adversus ecclesiam
catholicam fortiter quidem at caute defendendis.
28. Fanz, J. Franz. Lebr., De recta de legibus academicis judicandi ratione.

20 HALLER

AD ACTVM SOLEMNEM
TRANSFERENDORVM FASCIVM
ACADEMICORVM

IN VIRVM EXCELLENTISSIMVM

IOH. PETR. BVCHER

JVRIVM DOCTOREM ET PROFESSOREM PVBLICVM ORDINARIVM

LONGE CELEBERRIMVM

ACADEMIAE PATRES GRAVISSIMOS

EJVSDEMQUE CIVES PRAENOBILIS-

SIMOS ET QVOTQVOT LITTERIS

FAVENT

AD DIEM XVII. JVLII

HVMANISSIME INVITAT

IOH. IAC. IAEGER

PHILOS. D. LING. HEBR. PROFESSOR, ALVMNORVM SEREN. PRINCIPIS
EPHORVS, PPH. ECCLESIAE REFORMATAE PASTOR, ATQVE
MAGISTRV ACADEMICO PER HVNC ANNVVM SIBI
DEMANDATO DECEDENS PRORECTOR.

Qua occasione pauca commentatur in Clausulam Marci XVI: 16.
„qui credit salvabitur, qui non credit condemnabitur.“

R I N T E L I I,

LITTERIS ANT. HENR. BOESENDAHL, ACAD. TYPOGR.



AD ACTVM SOLEMNEM
 TRANSFERENDORVM FASCIVM
 ACADEMICORVM
 IN VIRVM EXCELLENTISSIMVM
 IOH. PETR. BACHER
 IURVM DOCTOREM ET PROFESSOREM PVBLCVM ORDINARIVM
 LONGE CELEBRISSIMVM
 ACADEMIAE PATRES GRAVISSIMOS
 EIVSDEMQUE CIVES PRAENOBILIS-
 SIMOS ET QUOTQVOT LITTERIS
 LAVENT

AD DIEM XVII. JULII
 HUMANISSIME INVITAT

IOH. IAC. JAEGER
 PHLOS. D. LING. HEBR. PROFESSOR, ALVMNORVM SEREN. PRINCIPIS
 EPHORVS, HEBR. ECCLESIAE REFORMATAE PASTOR, ATQVE
 MAGISTRVS ACADEMICO PER HANC ANNUM SIBI
 DEMANDATO DECEDENS PROCTOR.

Qua occasione pauca commentatur in Claustro Marti XVI: 16.
 „qui credit salubitur, qui non credit condemnabitur.“

R I N T E L I I.
 LITTERS ANT. HENR. BOESSENDANT, Acad. Troog.

me faceret, ineluctare. Aphanasius sacrum zelo, quam genio exar-
recti amoris & tolerantie plenus, nihil videretur ditione.

Et quid enim dicitur dicit, quam secretum mortuorum salu-
tem vel perniciem ab auctore intellectus qualiterque hoc tractat, vel dicit
vel non dicit solentiam esse. Etenim quam arctis limitibus circumscriptis
est intellectus humanus, quod erroribus obnoxius & prope quatuordecim
impedimentis & periculis cognitionem veritatis retinetur. Antea
quam ad ipsam perveniret, quam iudicet huiusmodi iudicandum, quod
periculis operis, quod retinetur inchoat per se, iam iam operis
munitur inchoat inchoat collatione & examine, nunc longae re-
flectionum deditione. Administrationum porro copia ad eruditionem
veritatem quam paucis hominibus praestitum est. Impedimentum autem
in cognoscenda eadem tam exorta, quam interiori ubi sunt pericula
fontis, praescriptis in mortuorum animis ubi radices agunt.

Clausula, quam servator mandato de docendis & per baptismum
novae suae religioni initiandis gentibus addit apud Marcum Capi-
te XVI: 16. „qui credit & baptizatur salvabitur, qui non credit condem-
nabitur“ a doctoribus quarumvis partium ecclesiae christianae, ad
salutem vel perniciem aeternam semper est relata; atque hinc
obstetricantibus Ambrosio & Augustino enatum est dogma; non
nisi lavacro Sacro initiatis aditum ad vitam aeternam patere, ipsos-
que infantes sacro fonte haud ablutos a salute aeterna excludi.
„Nihil magis ideo, inquit catechismus tridentinus, necessarium vi-
deri potest, quam ut doceamus, omnibus hominibus baptismi le-
gem a Deo praescriptam esse ita, ut nisi per gratiam baptismi Deo
renascantur, in sempiternam miseriam & interitum a parentibus, sive
fideles sint sive infideles procreantur.“ Quod durum de necessitate
baptismi decretum quamvis doctores ecclesiae protestantium non fece-
runt suum, necessitatem *praecepti* solummodo, non autem *medii* statuentes,
clausulamque illam non tam ad baptismum, quam ad assensum, quo
doctrina evangelii amplectenda sit referentes; tamen verba clausulae
condemnationis de salvatione ad vitam aeternam & con-
demnationem ad exitium aeternum perpetuo consensu intellexerunt.
Qui vero sensus si hic necessario admittendus esset; clausula illa, inge-
nuc



nue fateor, intolerante Athanasiani Saeculi zelo, quam genio evangelii amoris & tolerantiae pleno, mihi videretur dignior.

Ecquid enim durius queat dici, quam aeternam mortalium salutem vel perniciem ab assensu intellectus qualicunque doctrinae, vel dato vel non dato suspensam esse. Eheu! quam arctis limitibus circumscriptus est intellectus humanus, quot erroribus obnoxius & quot quantaque impedimenta & praecipua cognitionem veritatis remorantur. Antea quam ad ipsam pervenias, quam indefesso studio inquirendum? quot periculis opus? quot rerum latebrae pervestigandae sunt, jam operosa monumentorum historicorum collatione & examine, nunc longa ratiocinationum deductione. Adminiculorum porro copia ad eruendam veritatem quam paucis hominibus praesto est! Impedimenta autem in cognoscenda eadem tam externa, quam interna ubi sunt plura & fortiora, praecipua in mortalium animis ubi radices agunt altiores, quam in iis rebus, quae religionem concernunt! Quam vera sunt Prudentii illa:

„Sic observatio crevit“

„Ex atavis quondam male coepta, deinde secutis“

„Tradita temporibus, serisque nepotibus aucta“

„Traxerunt longam corda inconsulta catenam“

„Mosque tenebrosus vitiosa in saecula fluxit“.

Fac vero dari dogmata hominibus sub aeternae salutis periculo credenda; simul esset ponendum ea tam clare esse expressa ac promulgata, ut ignorantia vincibilis circa ea plane non habeat locum. Quod etiam si respectu eorum, qui ex ore Christi & Apostolorum doctrinam evangelii miraculis confirmatam immediate perceperunt concefferim; idem tamen de hominibus insequentium saeculorum affirmare, res ipsa & historia controversiarum de primariis religionis christianae capitibus vetat. Considerate enim mihi, quot quantisque dissidiis mox post tempora apostolica inter Theologos de sensu S. Scripturae atque de argumento & numero articulorum fidei sit altercatum

tercatum. Nimirum neque Christus neque Apostoli a) ejusmodi symbolum fidei, quorum numerus in immensum postea est auctus, reliquerat. Non enim fidem *objective*, sed *subjective talem*, non fidem symbolicam sed fidem & sinceritatem cordis verique amorem magis, quam ejus cognitionem in discipulis suis requirebant, ad illum homines omni studio excitabant, ad illum omnia referebant, ita ut salva illa *bona fide*, & animi sinceritate menti in multis errare liceret. Rom. XIV: 22, 23 b) Mirum hinc esset si Christus Apostolos jussisset, doctrinam suam tam horribili anathemate confirmare, maxime cum poenas futuri saeculi non cum alias veritate idearum intellectus sed cum integritate morum ac vitae semper coniungant, uti 2 Corinth. V: 10. „comparandum erit nobis omnibus coram tribunali Jesu Christi, uti ut singuli reportemus (non quod crediderimus) sed quicquid „boni malive egerimus conf. Matth. XXV: 31 & Joh. V: 29. & alia. Locus Marci Cap. XVI: 16, sane esset solus & unicus, in quo assensus intellectus doctrinae evangelii dandus tantis minis extorqueretur.

A 3

Quodsi

a) Somnium Baronii: Apostolos priusquam in varias orbis partes dispergerentur, convenisse, & Symbolum, quod hodie adhuc apostolicum vocatur condidisse, ut instar tesserae esset, qua dignosci possent, qui apostolicam eamque genuinam amplexuri essent doctrinam, jam dudum a viris doctis est explosum.

Quam misere igitur de longe majori parte generis humani esset actum, si doctrina de cujus materia ac forma tanta adhuc sub iudicibus lis est, sub poena aeternae condemnationis credenda esset proposita.

b) Quanti Christus animum sincerum utcumque errantem, sed veritatis amantem fecerit, demonstravit inter alia erga Nathanaelem, quem licet perverissimis praepiudiciis adversus se ipsum occupatum, tamen genuinum appellat Israelitam, quia cordi ipsius nullus innotuit dolus Joh. 1: 45-47. Ceterum pertinent huc aurea verba Vitii in Symbol. Apostol. Exercitat. §. XV. „accedit, quod divina gratia te- „nuissimo quandoque filo electos Christo jungat, & ardentissimae „charitatis flammae, ac sincerissimum Deo placendi studium in iis „animabus se exerant, in quibus perexigua est cognitio articulorum „fidei. Et quis hic ipso non praesente Deo, exacte definiat mi- „nimum illud in singulis articulis, ad quod indispensabiliter alligatum „fit judicantis Dei tribunal?

Quodsi igitur nodus iste alia ratione solvi non posset; malim ipsum discindere, rejiciendo plane clausulam istam ex canone N. T. Quod saltim temeritatis ne umbram quidem haberet, cum duodecim ultimi versus Evangelii Marci fidei sint admodum dubiae; atque secundum annotationem quam habent plerique codices graeci, in multis antiquioribus exemplaribus plane defunt, atque *Αυθεντικα* Evangelii Marci secundum Eusebium ultra verba v. 8, *εὐδαιμονοῦσα* non sit extendenda c). Quicquid vero ejus sit cum nihilominus versus isti duodecim a plerisque tam romanae, quam protestantium ecclesiae doctoribus progenuinis semper sint habiti, atque hodiernum in canone nostro legantur, haud e re esse duxi, tentandae novae interpretationis versus 16ti periculum facere, qua omnia offencicula, quae tritus interpretandi modus secum fert plane removeantur d). Hypothesin, quam clausulae isti interpretandae subterno haec est:

e) Sumul annotant isti codices, multa exemplaria loco duodecim versus, qui apud nos evangelium Marci finiunt, plane alia legisse vid. Wettstenium & doctam recensioem N. Testamenti a Christ. Fried. Matthaei editi, in Annalibus theologicis ann. 1789 hebdom. 24 pag. 455, 456. Quae vel pro vel contra *Αυθεντικα* duodecim posterorum illorum versus dici possint vide apud virum summum b. m. Michaellem in egregio libello adversus Fragmenta Anonymi a Lessingio edita scripto S. t. *Erklärung der Begräbnis- und Auferstehungsgeschichte Christi nach den vier Evangelisten*, Halle 1783. pag. 180 = 183.

d) Recentiori tempore quidem distinctio inter *πιστεύειν* & *μη πιστεύειν* & hinc inter *πιστός* & *μη πιστευτός*, hanc in finem in subsidium vocata est, ita ut non hos sed illos comminatio clausulae illius ferire dicatur. Sic inter alios Michaelis, in allegato libro p. 277. *πιστεύειν* mer ungläubig ist. „Dr. Luther hat dies Wort zwar nicht eigentlich falsch aber zweideutig übersezt, wer nicht glaubet, und aus dieser, in der That sehr unglücklichen Uebersetzung, sind außserst harte Urtheile über diejenigen, die nie vom Evangelio etwas gehöret hatten, hergeleitet worden. Wer irgend Griechisch versteht, sieht gleich auf den ersten Blick, das Wort heiszt nicht, etwas nicht glauben

ipsam neutriquam ad doctrinam evangelii in omni suo ambitu sumtam, sed ad speciale solummodo ejus momentum, non homines quoscunque omnis aevi, sed tantum Palaestinae incolae istius temporis, concernens, esse referendam, atque hinc non tam de salute vel pernicie aeternâ quam temporali intelligendam esse.

A 4

Clau-

„Glauben, weil man nie davon gehört hat, sondern ungläubig seyn. Wer die Predigt der Apostel hört, und sie, ungeachtet sie von Wundern und augenscheinlichen Beweisen ihrer Gütlichkeit begleitet ist, nicht annimmt, ungläubig an sie ist, der wird verdammet werden ic.“
 Secundum virum hunc summum clausula illa solummodo ad tempora apostolica videtur referenda esse, sequentem enim in modum pergit. „Man kann diese Stelle nicht einmal so schlechterdings auf Heiden anwenden, die jetzt das Evangelium von Missionarien hören, und nicht annehmen: der Fall ist nicht einerley. Wer die, durch solche Wunder, als Jesus v. 17, 18. verheisset, begläubigte Predigt der Apostel hörte, in dessen Vermögen stand es zu untersuchen, ob die wirkliche Wunder wären, und zu glauben. Blieb er ungläubig, so war es seine Schuld. Wenn aber jetzt der beste Missionarius einem Heiden prediget; so wird es ihm zwar leicht seyn, ihn von der Thorheit des Gögdienstes zu überzeugen, aber von der Wahrheit der christlichen Religion? Dies ist schon eine andere Sache ic.“
 Hac vero ratione nodus non tam solvi, quam alius loco istius ne mihi videtur. Nempe homines qui ex ore Christi & Apostolorum doctrinam evangelii miraculis confirmatam perceperant, per hunc miraculorum intuitum immane dictu! quam horrendo expositi periculo, & prae omnibus, qui tam ante quam post ipsos vixere, mortalibus deterioris facti fuissent conditionis. Namque si vel credebant; fides illa intuitu miraculorum effecta, imo obruta, nullius fere fuisset pretii moralis Joh. XX: 29; vel si increduli erunt; aeternae succumbebant exitio, cum tamen etiam homo veritatis amantissimus, praesudiciis obnoxius esse potest, quae miraculis etiam coram oculis ipsius patris omnem convincendi vim adimunt. Exemplum esto Rousseau, aequae philosophi nostri aevi summus, ac vir integerrimae vitae, cujus omne erat studium, vitam impendere vero. Hic de se serio asseverare solebat, quod etiam si oculis suis visurus esset, homini trunco dentis manibus vel pedibus manus vel pedes denno repullulare; fore ut intuitus hujus rei ipsum haud quamquam credentem sed delirantem potius & mente captum reddat.
 Omnino

Clausulam illam non totam Evangelii doctrinam, sed singulare tantum ejus momentum respicere, inde colligo, quod praecognium Apostolorum, ab initio nondum omnes & singulas Evangelicae doctrinae veritates, sed solummodo eas, quae hominibus illius temporis ac loci scitu maxime necessariae erant fuit complexum. Nimirum

Omnino igitur Rousseau, si miracula Christi & Apostolorum oculis & doctrinam eorum auribus percepisset inter ἀπισθῶντας numerandus fuisset, sed quis aequus iudex talem tantumque virum ob hoc indomabile praepudicium & rerum consuetam vim transcendendum taedium, ad aeternum exitium condemnaverit. Locus Matth. XII: 31, 32, huc plane non facit, ibi enim non de ἀπισθῶν sed de Βλάσφημια sermo est.

Caeterum ἀπισθῶντα opponitur in clausula quam habet Marcus, τῷ πισθεύοντι, qui credit, atque in hoc contentu, non nisi oppositum ejus, qui non credit significare potest, uti & ἀπιστος τῷ πιστῷ oppositum Joh. XX: 27, idem est cum μὴ πισθεύοντι ὕ. 25. & B. Lutheri versio hinc minime fuisset taxanda.

Magis placerent mihi, quae habet Jac. Hesse Helvetiae decus, in praestantissimo libro S. T. Versuch vom Reich Gottes pag. 403: Ist überdies die Glückseligkeit des Reichs des Messias auch an sich selbst von solcher Art, daß sie aus Erkenntniß und Verehrung des ewigen wahren Gottes, und dessen, den er gesandt hat, entspringt, und folglich die lasterhaft gebliebene Seele ihrer nicht fähig ist; ist sie von solcher Art, daß sie durch den Glauben an den wahrhaftigen, in die Seele gekommen seyn muß; so wird nicht ein jeder an dieser Glückseligkeit Theil nehmen können; den einen wird seine Unfähigkeit davon ausschließen, dem andern seine Fähigkeit dazu behülfslich seyn. ic.

Quae autem quantumcunque in se vera sunt, clausulae tamen nostrae, non satisfaciunt. Haec enim non ita sonat ὁ πισθῶντας - ὁ δὲ ἀπισθῶντας ἔχει, sed additur ἡ τιμωρηθήσεται, quod non meram privationem salutis, sed poenam positivam denotare videtur.

rum imitabantur? Apostoli exemplum Magistri ac Domini sui, qui discipulis suis ab initio prima tantum doctrinae suae, rudimenta tradebat, plurima crescenti in dies ipsorum captui reservans Joh. XVI: 12. coll. I Corinth. III: 2 e). Porro v. 15, per πάντα νομοῦν non univ^{er}sūm

e) Ex Matth. XXVIII: 20, contrarium minime sequitur, πάντα enim ibi neutquam absolute sed relative est sumendum, ac tantum ea complectitur, quae convertis ex Judaeis ad Christum, pro singulari rerum suarum ratione, tum temporis erant observanda. Vide infra haec in rem plura.

Caeterum hic consentientem mihi habeo, virum summum jam supra laudatum, qui in libro allegato p. 346. sic scribit: „auf den Namen des Vaters &c. Die Meinung Jesu konnte ganz wohl diese seyn: die Getauften sollen, eben durch ihre Taufe das Befehmtiß ablegen, daß sie an den Vater und Sohn glauben, und alle von dem H. Geist gegebene Lehren, die entweder schon im alten Testament stehen oder die ihnen die Apostel aus göttl. Eingebung sagen werden, und die sie noch nicht zusammen gelernt hatten, annehmen und glauben wollen, kurz daß sie die ganze göttliche Offenbarung annehmen, (simplicite nempe non explicite. Mihi. vero formula illa: in nomine Patris &c. non doctrinam, in quam, sed autoritatem, ex qua baptismus administrandus esset significare videtur) „In der That glaube ich kaum, daß die Worte in der Taufformel mehr bedeuten können, weil es den meisten Tauflingen unmöglich war, mehr dabey zu denken; denn sie waren doch ordentlich vor der Taufe von dem Geheimniß der Dreieinigkeit, nicht unterrichtet. — Man lese nur das zweite Capitel der Apostelgeschichte, wo 3000 auf einen Tag getauft wurden, was wußten doch diese von der Gottheit Christi, davon Petrus in seiner ganzen Rede, kein Wort gesagt hatte? Was von der Persönlichkeit des H. Geistes? u. s. w. — Noch mehr fällt dies aus der Apostelgeschichte XVI: 30-33 in die Augen, wo man doch wohl nicht glauben wird, daß der Kerkermeister die Lehre von der ewigen Gottheit Christi, und der Persönlichkeit des H. Geistes vorhin gewußt, oder Paulus sie ihm in den kurzen Unterricht, v. 32 vorgetragen hat, da wir sie sonst nirgend in seinen ersten Predigten, die uns in der Apostelgeschichte erzählt worden (s. E. Kap. XIII, XVII u. s. f.) finden.“

verfum terrarum orbem, sed Judaeam tantum & Samariam, uti per *παρὰ ἡρώων* non omnes quotquot in terris sunt nationes & gentes, sed uti Matth. XXIV: 14. Cap. IV: 8. Esai. XXIV: 4. Cap. XXV: 6. coll. Luc. II: 1. Cap. IV: 5. coll. Joh. I: 14. I Cor. I: 20. et alibi.) solummodo tribus populi Judaici & gentes Samariae significari, ex eventu satis patet. Namque Paulus & Silas soli erant gentium extra Palaestinam, Apostoli. Caeterorum Apostolorum missio, ad incolas Palaestinae, imo ab initio solummodo ad duodocim tribus gentis judaicae directa erat f), inde etiam numerus eorum duodenarius arcessendus est, qui cum per defectionem Judae esset imminutus, de novo implendus erat electione Matthiae.

Quod vero illud fuerit, quod Apostoli incolis Palaestinae praedicare jubebantur, cum Marc. XVI: & Matth. XXVIII: 20, non specialiter memoratur, ex circumstantiis erit eruendum. Nempe instare tempus, quo sinceri summi numinis cultores neque in monte templi hierosolymitani, neque in mote Garizim, sed ubique locorum sint adoraturi. In locum enim cultus inanum caeremoniarum & sacrificiorum successurum cultum sanae rationis. Quem in finem misisse Deum filium suum, qui totum genus humanum a jugo servili Sacrificulorum liberaret, atque liberalis ac filialis religionis esset restitutor & auctor. Hunc Dei filium ignominiose quidem a magnatibus & Sacerdotibus

f) Nempe duplicis Apostolorum missionis in historia evangelica fit mentio, prior, qua mittebantur ad solos Judaeos Matth. X: 6, ut parceretur nimirum similtati Judaeorum adversus Samaritanos Act. XIII: 45. Cap. XXII: 21, 22. Posteaquam vero offendiculo, quod Judaeis ex missione Apostolorum ad Samaritanos emergere potuisset, satis remonverat Servator, quavis data occasione demonstrando, etiam inter Samaritanos, non deesse, qui digni sint regni Messiae participes fieri (quo faciebant inter alia, quae Servator de Samaritano Luc. X: 33. Cap. XVII: 16 narrabat, & quae de muliere cananaea apud Matthaem cap. XV habentur item Actor X: 35); in altera missione Matth. XVI: 15. Matth. XXVIII Apostoli jubebantur non ad Solos Judaeos sed etiam ad Samariae & Galilaeae incolas, atque ita ad *παρὰ ἡρώων* ad *πᾶσα ἔθνη* Palaestinae ire, nullis exceptis, quoniam id quod ab Apostolis promulgandum erat erat, ad omnes Palaestinae incolas aequè pertinebat.

dotibus Judaeorum rejectum & ad supplicium crucis traditum esse; nihilominus tamen fore, ut religio sanae rationis ab ipso restituta & nova sanctione confirmata, de religione sacrificulorum subversa publice & gloriosissime triumphet. Deum enim templum hierosolymitanum, theatrum illud splendidissimum & sacratissimum ceremoniarum & sacrificiorum, una cum metropoli & republica Judaeorum funditus esse vastaturum, ope belli internecini tantae atrocitatis, ut si diutius duraret, ne ullus quidem incolarum Palaestinae supermansurus esset. Tantam autem esse summi Numines misericordiam, ut dies belli istius calamitosissimi, in gratiam electorum, i. e. fidem in Christum amplexorum g) clementissimo & admirando rerum moderamine praecidantur. Prouti enim Deus in refractariis J. Christi hostibus horribile exerciturus sit iudicium, ita fidos Christi assecras electos esse, in quibus singulare prorsus providae suae in suos curae extet exemplum. Hinc quantacumque etiam omnia devastantis belli futura sit caedes ac calamitas, his plane nihil fore metuendum. Quotquot itaque optent, calamitates belli istius evadere; iis ad castra Christi confugiendum esse, quotquot enim nomen Christi sint professuri salvatum iri Actor. II: 21, (*qui credit; salvabitur*). Qui vero veteri religioni & Pharisaeismo pertinaciter addicti evangelium Christi, nil nisi animi morumque emendationem flagitantis, respuerint; eos condemnatos esse, in consortio cum reliquo populo refractario perire (*qui non credit, condemnabitur*).

Ex his intelliguntur nunc, quae Christus suos servare iusserit, Matth. XXVIII: 20. Nempe ne cibo potuque corda onerent instar hominum in diebus Noachi. Porro quam primum viderint, *τὸ βῆλυμα τῆς ἐρημώσεως* in loco sacro, omnem fugae rumpant moram, ita ut qui in tecto sit non descendat &c. Matth. XXIV: 16-18.

B 2

Habes

g) Matth. XXIV: 22, *Ευαγγελιστῆς*. Christi nomen profectos hic significare videtur, sicut ex versu 24 patet „Spurii prodibunt Christi falsique prophetae atque seducunt in errorem, si fieri posset, ipsos etiam electos i. e. fideles Christi discipulos.“

Habes jam L. B. hypothesin meam, ex qua clausula illa; qui credit &c. secundum me explicanda esset ita ut ea de salute & condemnatione non tam ad vitam vel perniciem aeternam, quam temporalem, esset fumenda; h) sic locus Lucae XVII: 33-36, huic nostro quoad argumentum plane parallelus esset: „Quicumque vitam suam (repudiando & abnegando doctrinam meam) conservare studebit, eam amittet, qui vero vitam suam propter me pensi non habet, servabit eam. Homines enim quos eadem vitae conditio eadem artissime conficiant ne-

h) Cum haec jam scripsssem, cum voluptate in docta recensione libri S. T. Weber die christliche Religion, noch die Römisch-katholische Kirche ist die allein seligmachende u. Frankfurth und Leipzig 1791., quae extat in Annalibus theologicis S. T. Annalen der neuesten Theol. Litteratur und K. G. vierten Jahrgang 1792 zwölfte Woche pag. 179, sequentia lego: „selig werden und verdammet werden, bezeichnen als Gegensätze die Glückseligkeit der Bürger des Reiches Gottes, oder der ächten frommen Verehrer Gottes nach der Lehre Jesu, im Gegensätze gegen die Strafen, welche die Juden sich durch die Verwerfung Jesu zuzogen, nämlich den Untergang ihres Staates und den Verlust des Vorrechts, ein Volk Gottes zu seyn, worauf sie so stolz gewesen waren. Contententem itaque mecum habeo saltem, Autorem hujus Recensionis, Virum solidissimae eruditionis, quod mihi hac in re, instar omnium esto.

Caeterum quanti sit probe attendere, num locus aliquis N. T. ad futurae an solummodo ad praesentis vitae conditionem referendus sit & in quas *καρτερησιν*, ni id sit, Theologi delabantur; exemplum esto monstruosum illudde decreto electionis & reprobationis absoluto dogma, inde natum, quod Augustinus & ejus Aseclae neglexerant attendere, num quae Paulus Apostolus in Epistola ad Romanos Capite IX. de electione gratiae habet, ad statum homines post hauc vitam an solummodo ad praerogativas temporales, per liberrimam gratiae electionem populo judaico, qui per tempus aliquod Deo sacer erat, olim concessas Psalm CXLVII: 19, 20, referenda sint. Eodem modo *κρινε* cui sacram coenam *ἀναξίας* comedentes obnoxios se reddere dicit Apostolus 1 Corinth. XII: 29, non tam ad fata, quae homines post funera manent, quam ad morbos & mortem corporis respicit, quibus sacra coena per intemperantiam abusi, in eaque more in sacris gentium epulis usitato comedentes succumbebant, *ψ. 30.*

„gotia, & qui hinc iisdem belli periculis expofiti videbuntur, tamen pro animo in evangelium vel obfequente vel refractario, diverfiffima experientur fata. Erit exempli gratia credens in Chriftum cum incredulo in eodem agro, vel lecto, vel mola, et tamen ille tantum, „uti Lot ab angelis eorum, qui falutem funt confecuturi miniftris, apprehenfa quafi manu affumetur, & falvabitur, hic vero ad exitium belli deferetur“ i). Quod hypothefin, quam explicandae huic claufulae fubfterno, maxime commendare videtur, eft infignis ejus convenientia cum eventu memorabili, cujus Eufebius Pamphili in Hiftoriae fuae ecclefiafticae libro III Capite V mentionem facit. Verba ipfius, interprete Henrico Valfio, funt fequentia: „cum univerfa „plebs fidelium ecclefiae hierofolymitanae k) ex oraculo, quod viris quibusdam fanctiffimis divinitus editum fuerat, ante initium belli „excivitate migrare, & oppidum quoddam trans Jordanem, Pellam l) „nomine, incolere juffa fuiffet; jamque omnes, qui in Chriftum cre-

B 3

dide-

i) Huic meae claufulam illam iuterpraetandi rationi adverfari videtur locus, actor, XIII: 48 „in chriftum crediderunt, quotquot at vitam „aeternam ordinati erant“. Inde enim confequi videtur, quod qui non crediderint, ad exitium aequae aeternum destinati fuerint. Sed ex contextu patet, ζωνν αιωνιον hic efle λόγον κυριας, doctrinam Domini de vita aeterna, doctrinam quae mortales nova atque firmiffima immortalis vitae fpe beat Joh. XVII: 3. Verba igitur: επιευσαν οσοι ησαν τεταγμενοι εις ζωνν αιωνιον fequentem in modum mihi videntur reddenda: crediderunt, quotquot non plane rudes, fed ad capiendam hanc coelestem immortalis vitae doctrinam quadam ingenii cultura praeparati erant. Homo enim bruti & inculti ingenii, ψυχικος ανθρωπος, tam fpiritalis, tamque fublimes doctrinae capax non eft I Cor. II: 14. Simili fignificatu τεταγμενος apud Plutarchum occurrit de Pompejo, φρσσειγας ην σοφρων και τεταγμενος ταϊς επιθυμιαϊς.

k) Cujus exemplum coetus Chriftianorum in reliquis urbibus ac vicis Palaestinae procul dubio fequuti funt.

l) Pella erat, fecundum Epiphanium Libr. I. contra Haerefes Cap. XXX, civitas quaedam Decapolitona prope Batanacam & Balaniti- dem regionem.

„diderunt, relictis Hierosolymis sedes suas Pellam transtulissent. Ita
 „& regia urbs, quae totius gentis caput est, & *universa Judaea viris*
 „*sanctis destituta; tum demum* divina illos ultio, ob tot admissa
 „tum in Christum tum in Apostolos scelera corripuit, totamque illam
 „impiorum sobolem funditus delevit etc.“ m). Idem tradit Epiphanius
 „in Panario Tom. II. Cap. XXX, Jano Cornario interprete: „Quan-
 „doquidem enim omnes in Christum credentes, eo tempore (deva-
 „stationis Judaeae) in citeriori regione habitabant, majori ex parte,
 „in Pella civitate quadam Decapolis“. In libro autem de Ponderibus
 „& Mensuris lib. III. Tom. II. narrat: Aquilam, textus V. T. inter-
 „pretem, quem Hadrianus Imperator una cum Socero ipsius post an-
 „num quadragessimum septimum devastationis Hierosolymorum consti-
 „tuerat Praefectum operarum extruendae urbis Aeliae „quum degeret
 „in Hierusalem, vidisse discipulos discipulorum ipsorum Apostolorum
 „*florentes fide & magna signa operantes sanationum, & aliorum miraculo-*
 „*rum n)*. Fuisse enim reversos ab urbe Pella in Hierusalem, ibique do-
 „cuisse. Quum enim urbs Hierosolymorum capienda esset, praemo-
 „nitos fuisse omnes discipulos ab Angelo, ut migrarent ab urbe fundi-
 „tus perdenda. Hos itaque transmigrasse & habitasse in praedicta urbe
 „Pella ultra Jordanem. At post devastationem Hierosolymorum rever-
 „sos multa signa perfecisse. Aquilam igitur mente compunctum, Chri-
 „stianismo credidisse &c. Ad-

m) Henricus Valeſius in Annot. ad h. l. Scribit: „cum Eusebius nul-
 „lum hujus rei citat auctorem; satis apparet, illum ex veterum
 „traditione ista scripsisse, cum alioquin ipse vicinus esset iis locis.“
 „Ego autem crediderim, Eusebium non ex mera traditione veterum
 „sed ex Hegeſippo, quae de fuga Christianorum ex universa Judaea
 „habet, hausisse. Scribit enim in Histor. Eccl. Lib. IV. Cap. VIII,
 „ab initio „se testimonio Hegeſippi in superioribus libris saepissimae
 „usum fuisse, cum res Apostolorum temporibus gestas ex illius
 „fide, ac relatione traderet“. Hegeſippus autem secundum Steph.
 „Gobarum apud Photium Cod. 232 αρχαιος τε ανηρ και αποστολος
 „scriperat praeter alia multa, *υπομνηματα των εκκλησιαστικων πραξεων*;
 „nunc deperdita, ex quibus Eusebius plura memorabilia, atque etiam
 „hanc de fuga Christianorum memoriam nobis conservare potuit.

n) Confer hic Marc. XVI. 17, 18.

Admirabili igitur & clementissima summi Numinis tutela gavisi & protecti evaserant belli istius caedem & calamitates quotquot doctrinam Jesu Christi & Apostolorum fide fuerant amplexi, atque ita mire sospitati novum plane & insigne tam providae Dei in suos curae, quam coelestis originis doctrinae Jesu Christi fecerunt experimentum. Quotcunque autem doctrinam Christi & Apostolorum rejiciebant, cum reliquo populo refractario vel ferro, vel igne vel fame vel aliis belli calamitatibus miserime perierunt.

Sed haec haecenus! Festino jam ad ultimam muneris mihi haecenus demandati partem, ad translationem ejus in successorem meum a Senatu academico suffragiis unanimibus a Serenissimo Principe clementissime confirmatis electum solemniter instituendam. Fasces academicos a me suscipiet Vir excellentissimus & Doctissimus JOHANNES PETRVS BVCHER Jurium Doctor & Professor longe celeberrimus, qui oratione inaugurali *de diverso jurisdictionis ecclesiasticae ad imperium civile habitu in Germania*, Magistratum in se translatum more majorum auspicabitur. Dies actui huic publico destinatus est XVII Julii, dies memoriae conditae hujus Academiae sacer. Vos itaque Reipublicae nostrae litterariae Patres gravissimi! vosque Cives praenobilissimi, & quotquot litteris & academiae nostrae favetis! actui huic publico frequentes adeste, eumque praesentia vestra condecorate, id est quod vos omni, qua par est, observatio rogo. Dabam Rintelii XVI. Julii MDCCCXCII.

Admirabili igitur & clementissima summi Numini iussu ge-
 niti & proceri venerunt belli istius caedem & calamitates proferre
 doctrinae Iohannis Christi & Apologetarum Iohannis Lutheri, Augustini, Gregorii
 in mine scripta novum plane & iungunt tam provida Dei in nos
 curae, quam coelestis originis doctrinae Iohannis Christi & Apologetarum re-
 sistentium. Quocirca autem doctrinam Christi & Apologetarum re-
 sistentium, cum talis populo resistario vel fero, vel igne vel
 fame vel aliis calamitatibus miserissime perirent.

Sed haec haecenus! Testino iam ad altissimum munus
 itis mihi habens deponenda partem, ad translationem
 eius in locustorum meam a Senatu academico iustitiae nus-
 timibus a Secretissimo Principe clementissime committis cle-
 stom solenni rite institutam. Patres academice a me
 habet Vir excellentissimus & Doctissimus IOHANNES
 PETRVS BVCHER, Janum Doctor & Professor longae co-
 lectissimus, qui oratione inaugurali de diversis iustitiarum
 reformationibus ad imperium civile debuit in Germania, Magister
 cum in translationem more maiorem suscipere. Dies scholae
 hinc publice destinatus est XVII Julii, dies memoratae con-
 ditae huius Academiae sacrae. Vos itaque Republicae no-
 strae litterariae Patres gravissimi! vosque Civis pater-
 nissimi, & quocumque litteris & academiae vestrae fueritis, scholae
 hinc publice spectantes adite; cumque praesentis vestra
 condecorare, id est quod vos omni, vos per se observatis

rogo. Datum Ratislae XVI Julii MDCCXCII

Small, faint text at the bottom of the page, likely bleed-through from the reverse side.



Fd 4962

ULB Halle 3
001 015 370




sb, 02

⊖ f

2.5.







AD ACTVM SOLEMNEM
TRANSFERENDORVM FASCIVM
ACADEMICORVM

IN VIRVM EXCELLENTISSIMVM
IOH. PETR. BVCHER

JVRIVM DOCTOREM ET PROFESSOREM PVBLICVM ORDINARIVM
LONGE CELEBERRIMVM

ACADEMIAE PATRES GRAVISSIMOS
EJVSDEMQVE CIVES PRAENOBILIS-
SIMOS ET QVOTQVOT LITTERIS
FAVENT

AD DIEM XVII. JVLII
HVMANISSIME INVITAT

IOH. IAC. IAEGER

PHILOS. D. LING. HEBR. PROFESSOR, ALVMNORVM SEREN. PRINCIPIS
EPHORVS, PHIL. ECCLESIAE REFORMATAE PASTOR, ATQVE
MAGISTRV ACADEMICO PER HVNC ANNVVM SIBI
DEMANDATO DECEDENS PRORECTOR.

Qua occasione pauca commentatur in Claufulam Marci XVI: 16.
„qui credit salvabitur, qui non credit condemnabitur.

R I N T E L I I,
LITTERIS ANT. HENR. BOESENDAHL, ACAD. TYPOGR.

